

WERNER, TÖRNER, FABIAN, BENZELIUS,
HENRIK

De Alexandria Ægypti dissertationem
ex consensu ... præside viro
amplissimo mag. Fabiano Törner ...
Publico examini subjicit Henricus
Benzelius ... In audit. Gustav. majori d.
XXVI Aprilis anni MDCCXI

[1711]

EOD - Miljoner böcker bara en knapptryckning bort. I mer än 12 europeiska länder!



Tack för att du väljer EOD!

Europeiska bibliotek har miljontals böcker från 1400- till 1900-talet i sina samlingar. Alla dessa böcker går nu att få som e-böcker – de är bara ett musklick bort. Sök i katalogen från något av biblioteken i eBooks on Demand- nätverket (EOD) och beställ boken som e-bok – tillgängligt från hela världen, 24 timmar per dag och 7 dagar i veckan. Boken digitaliseras och blir tillgänglig för dig som e-bok.

EOD bokens fördelar!

- Få samma utseende och känsla som med originalet!
 - Använd ditt standardprogram för att läsa boken på skärmen, zooma och navigera genom boken.
 - *Sök:** Använd fulltextsökning för enskilda fraser.
 - *Klipp & klistra:** Kopiera bilder och delar av texten till andra applikationer (t.ex. ordbehandlingsprogram).
- *Ej tillgängligt i varje e-bok.

Villkor för användning

Genom att använda EOD-tjänsten accepterar du de villkor som ställs av biblioteket som äger den aktuella boken.

- Villkor för användning: <https://books2ebooks.eu/csp/sv/nls/sv/agb.html>

Fler e-böcker

Redan nu erbjuder 40 bibliotek från 12 europeiska länder denna service. Sök böcker tillgängliga för den här tjänsten: <https://search.books2ebooks.eu>
Mer information finns tillgängliga via <https://books2ebooks.eu> boken.

TORNER, F.

Sw. Land.
Geogr.
Afr.
(Br)

Q. F. F. Q. S.

De

ALEXANDRIA
ÆGYPTI

1700-1829

DISSERTATIONEM

Ex Consensu

*Amplissima Facultatis Philosophicæ
in Academia Upsaliensi*

PRÆSIDE

VIRO AMPLISSIMO

MAG. FABIANO

Q. S. R. N. E. R.

Eloq. Profess. Regio & Ord.


Publico Examine subicit

HENRICUS BENZELIUS

ERICI FILIUS.

In Audit. Gustav. Majori d. xxvi Aprilis

Anni MDCCXI.



UPSALIÆ,

Typis WERNERIANIS.

annotationes hae marginales, sunt Cel:
Malmeströmii Profess. portae Upsalen-
si qui Opponentis partes huius
egit.

DIVINA AUXILIANTE GRATIA!

CAPUT PRIMUM.

§. I.

ÆGPTUS MATER ARTIUM.

Æ

*Gyptios omnium
philosophie discipli-
narum esse parentes*

Macrobio asseren- *Somn. Scip.*

Lib. I. c. 19.

ti, haut infirmis argumentis moti,

album nos posse addere calculum,

speramus. Rem etenim paulo accu-

ratius examinantes, facile cum Gel-

lio largientur, magnā eorum in arti-

N. A. L. XI.

bus reperiendis solertiā, & in cognitione

c. 18.

rerum indaganda sagacitatem. Unde

non sine ratione miramur cl. Con-

ringium in de *Hermet. Med.* conten-

cap. XII.

dere, omnem Ægyptiorum sapientiam,

& tenuem fuisse, & impie superstitionis

plenam, nullaque apparere vestigia

magna in illis sapientia; sed quum

affectibus indulserit Conringius in

hoc occupatus negotio, pace sum-

mi viri, ejus in Ægyptios, eorum-

que artes censuram æquo esse acer-

A

biorem,

Polyhist. T. II. L. II. c. 4.
Dissert. I.
IV. p. m. 212.
Lib. III. cap. 1.

biorem, existimamus cum Morhio. * Quamquam si, quod res est, dicere velimus, Conringius sibi ipsi constans non est; nam in *Antiq. Acad.* Aegyptios elogiis ornat, ut par est, minime spernendis, dum penes eos regnum diu omnis eruditionis fuisse, & quidem multis seculis ante ad eos, quam ad Græcos doctrinæ curam pervenisse, asserere non dubitat: sed in *supplementis* iterum, lectorem ad librum de H. M. remittit, ubi nihil esse asserit, cuius pœniteat attulisse. Sed ad Aegyptios ut redeamus, non quidem nos fugit, Græcos multum in eo laborasse, ut Romanis totique fere orbi imponerent, se primos fuisse philosophiæ auctores, omnemque sapientiam sibi debere originem; quod & sibi persvaderi passi sunt Romani, ut Cicero atque Seneca non obscure innuunt; sed quæ larva, quæ hanc sibi gloriam vindicant, detrahi illis debet, Hornio iudice *Hist. Philos.* ubi pluribus hæc deducuntur. Notius etiam est, quam ut operosa egeat

* Conringii non nisi unus est liber de H. M. miramur igitur unde plures Morhio.

egeat demonstratione, Homerum, aliquando, Lycurgum, Solonem, Platonem, Pythagoram, Eudoxum, Democritum, Oenipodem Chium, aliosque Græcorum magno numero a scriptoribus recensitos, ad capiendum ingenii cultum, longa suscepisse itinera in Ægyptum. Quid? quod Græci philosophiæ barbaricæ audiant fures, ipsique fateantur, se ab Ægyptiis maximam philosophiæ partem mutuatos fuisse.

§. II.

URBES ÆGYPTI CELEBRIORES. TRANSITUS AD ARGUMENTUM.

Ornamentis, quibus abundabat Ægyptus, annumerantur urbes ex innumeris celebriores, Diospolis s. Thebæ,

Αἱ δ' ἐκατόμυλοι εἰσι, διηκόσιοι δ' ἀν' ἐκάστην
 Ἄγέρες ἔξοιχεῦσι σὺν ἵπποισι καὶ ὄχεσφιν.

Homer. Iliad. L. IX.

v. 383.

Memphis pyramidibus, regum sepulcris magnificis, Serapidis templo famosa, Sais, Abydus, Memnonis regia illustris, aliæque, sed quæ omnes, utut laude sua minime fraudandæ,

dandæ, non possunt comparari cum vertice civitatum, capite Ægypti, totiusq; Africæ, ALEXANDRIA. Hanc philosophorum nutricem, hoc bonarum literarum emporium, potentia, commerciis, incolarumq; frequentia maxime floruisse, & tot viros, in omni doctrinæ genere excellentes, in suo sinu fovisse, omnium confessione est exploratissimum; ut nesciam cum qua urbe, in toto terrarum orbe, de gloriæ palma non potuerit contendere. Id nobis accuratius consideratum, ansam subministravit, eam ulteriori subjicere disquisitioni, præsertim quum nemo, quod nos sciamus, repertus, qui dedita opera hoc antea argumentum exsequutus fuerit. Memorantur quidem scriptoribus Ælius Dionysius Halicarnassens & Callixenus Rhodius, cujus meminit Athenæus, quos opera de ea consignasse ferunt singularia; sed quæ vel temporum injuria periire, vel cum blattis tineisque in situ ac pulvere luctantur, ac in tumulto quasi recondita cum orbe erudito non communicantur.

Cfr. Gronov. de Mus. Alexand.

Deipnos. L. IX, c. 9.

§. III.

DE AUCTORE ATQUE SITU

ALEXANDRIÆ.

Auctorem suum agnoscit urbs nostra κατ' ἐξοχήν sic dicta, stupendum istud Græciæ decus atque miraculum, Alexandrum Macedonem. Hic postquam suffragiis fere omnium Græcorum, post obitum Philippi patris, Imperator constitutus esset exercitus contra Persas destinati, tam longe lateque arma sua victricia diffudit, ut ad invidiam usque caput supra omnes pæne reliquos efferre inciperet. Utque reliquas ejus expeditiones in terras longè a se distitas nunc prætereamus, postquam interiora penetrasset Ægypti, Jovis Ammonis oraculum adit, unde quum rediisset, nomen suum perpetuæ volens commendare memoriæ, observato loci ingenio, ad lacum Mareotidem urbem exstruxit, quam suo vocavit nomine *Alexandriam*. In Chronico Alexandrino XII. hujus nominis recensentur urbes ab Alexandro conditæ, quas præter Ægypti & Trœa-

dis non agnoscit, sed alias xiv. enumerat Stephanus ; quem multas quasi diversas memorare , quæ eadem sunt, ex Salmasio observat Freins-

Not. ad Curt. L. IV.

hemius. de quibus omnibus nunc loqui non vacat, ad eam, quæ erat in Ægypto, nobis ituris. * Urbs xxx. stadiorum longitudinem, x. latitudinē, totius vero operis ambitus passuum millia xv. complectens, est condita

XV passuum ambitu Alex. andria assignant, cum Strab. lib. v. c. x.

cum hoc. Plin. lib. 6. c. 19. ferat. Jos. lib. 11. in extr. constat Alexandriam post Romanam fuisse maximam. Jam si Carthaginiensis visum, ut alios urbes faciam, cum Plin. fuisse dicit ambitu 2000 passu. Strabo lib. xviii

360 stadia tribuit. id est aut scilicet 2 Josephus, aut justam Alexandria magnitudinem auctor tribuit

Ad Suburbia in computanda nam l. liby a Canis opp. do hinc Becher l. Albeduna p. 120 st. ad. id. Strab. p. 801. et Plin.

hodie sup. st. liby quinque pades 200 Suburbia in Conferrantur Josephus Lib. II. c. V. & Egesip- citor fuerit Libico unde conigerit l. et long. t. h. nem urbis ad 150 Genuinus, omnia sua ex Josepho habeat. porretum fuisse stadia.

3. addenda est tota palus Marcotica, quæ 300 st. longa 150 lata, cui omnia quæ circumcirca erant, pulere fuisse habitata Strab. 2. spanius igitur hos numeros in angustum redigamus habebimus tamen ambitum 42000 passuum majorem.

ad effigiem chlamydis Macedonicæ, orbe gytrato, laciniosa dextra lava- que, intra diem, mirabile dictu!

Nilo, qua spectat septentrionem, lacu Marcotico, qua vergit ad me- ridiem, alia denique, quæ propior est ad solis occasum, mari Ægyptia- co. Sed in primis admirari liceat

urbis portum celeberrimum, inter- que mundi miracula numeratum, aditu, etiam tranquillis circumqua- que omnibus, difficillimum; nam ad formam quasi corporis humani in capite ipso & statione est capaci-

or, in faucibus vero, ubi saxorum in

in

de quo tamen observandum, quod si ste

omnia sua ex Josepho habeat.

pag. 11.

in profundo latentium crebris anfractibus ostium deflectitur, angustior: ac læva quidem pars brachii manu factis cingitur; a dextra autem Pharus insula objecta, quæ turrim eodem, quo est insula nomine, multum habet editam, mirificisque operibus exstructam, 800 usque stadia ad prælucendum noctu navibus opportunam. Objecta hæc insula Alexandria portum efficit, quem ingentis operis ambiunt muri, quibus afflictum quasi pelagus, & objectis obicibus fractum, asperiores facit meatum; ita undique est valatus, ut iis, a quibus Pharus tenetur, invitis, nec ingenio situs adiri quidem possit. Urbem in varias fuisse partes & regiones divisam Philo disertè prodit, variis in locis, præcipue oratione investiva in Flaccum, ubi & meminit his verbis: *πέντε μοῖραι τῆς πόλεως εἰσὶν, ἐπιώνυμοι τῶν πρώτων σοιχείων τῆς ἐγγραμμάτε Φωνῆς. i. quinque sunt urbis regiones denominatæ a primoribus litteris.* quid vero per literas intelligat heic loci Philo, dixerit ali-

*Exstel' ella supra significom
maris 200 cubitoy sive pedib:
bus 450. Ignes vero colloca-
ti in quib' vertice asparent
navigantibus ad 100000
passuum, testantibus
Græcis, Arabibus et quo:
Bosiana experientia. conf.
Geographia Arabiensis.
conf. Vossij ad Mela
Lib. II. c. VII. v. 38.*

pag. m. 973.

us.* Alexandrū urbis futuræ muros
 polenta destinasse, idq; penuria cal-
 cis vel cretæ, cujus in hujusmodi u-
 sibus illud erat officium, consentiunt
 Marcellinus, Val. Max., Strabo, Plu-
 tarchus aliique; *si tamen aliter Ma-
 cedonibus placuisse Curtius reperit, qui
 eorum hunc fuisse morem contendit, no-
 bis nihil est, quod contra urgeamus, di-
 cimus cum Freinshemio.*

*Comment.
 ad Curt. L.
 IV. c. VIII.*

§. IV.

ALEXANDRIA IN SCRIPTURIS NO
 VOCATA..

In sacro Codice mentio habetur
 urbis, quæ vocatur *No*, & *No Am-
 mon*, quam paraphrastes Chaldaeus,
 & cum eo Hieronymus, Drusius, Va-
 tablus aliique interpretantur *Alexan-
 driam*. Et sane ejus descriptionem
 a nobis datam si conferre velimus
 cum τὸν *No* situ, qui habetur Nahu-
 mi III. cap. forsan haut erit incon-
 veniens statuere, eodem loco, quo
 erat

* *Quæ ad illustrationem hujus loci pertinent, u-
 berius dicturus est ERICUS BENZELIUS frater
 meus honoratissimus in Dissertatione de Vi-
 ta & Scriptis Philonis Judæi.*

erat *No* condita, Alexandriam postmodum fuisse exstructam. Nam Chaldæi, postquam Alexandrum incursionibus hostiles in se facturum olfecissent, *No* ipsi urbem longe celeberrimam, quod ex collatione cum Ninive apud prophetam facile est videre, funditus diruebant, ne hostibus aduersus se ipsos præberet munimentum: rex vero rerum potitus eam diu in cineribus iacentem excitavit, alioque nomine donavit. A Chaldæo ceterisque dissentit δ $\pi\alpha\upsilon$. *Bochartus* eam præcipue ob causam, quod similitudines nihil doceant, nisi sumantur ex rebus notis, qualis esse nequit civitas nondum condita, nec nisi multo post condenda; sed, quod tamen venia *Bocharti* dictum velimus, certe erat condita, quamquam tempore, quo postea ab Alexandro annis demum 200 peractis exstructa, alio gaudebat nomine. Ad $\pi\epsilon\gamma\lambda\eta\sigma\iota$ autem s. anticipationem quod adtinet, quam heic observant, minus esse ducimus, ut eam adhibeamus. LXX Interpretes, vulgo sic dicti, Thebas innuisse videntur, quum reddi-

Bochart.
Sanson.
Lenius.
Lesdichieus.
Cellanus.

Geog. Sacr.
P. L. L. I.

reddiderint Διόσπολιν Ezech. XXX.
 14. in qua etiam sententia est Coc-
 cejus, quæ quam vero sit similis nunc
 non disquirimus, contenti indicasse
 mirum apud eos diffensum, quum l. c.
 Διόσπολιν posuerint, versu v. sequen-
 ti ejusdem cap. Memphim substitue-
 rint; quæ tamen duæ sunt urbes di-
 versissimæ. Vicum quendam igno-
 bilem *Rhacotim* nomine eodem in-
 loco fuisse, docet Strabo. Κατοικίαν
 δ' αὐτοῖς ἔδωκαν τὴν προσαγορευομέ-
 νην Ράκωτιν, ἣ νῦν μὲν τῆς Αλεξάν-
 δρείας πόλεως ἐστὶ μέρος τὸ ὑπερκείμε-
 νον τῶν νεωρῶν, τότε δὲ κώμη ὑπῆρχε.
 i. *Habitandum ipsis dederunt locum qui
 Rhacotis appellatur, is nunc Alexandria
 pars navatibus imminens, tunc vicus e-
 rat.* quod etiam confirmare vide-
 tur Clemens Alexandrinus.

*Comment.
 in Nahum.*

L. XVII.

*Admonit.
 ad Gentes.*

S. V.

TEMPUS, QUO CONDITA, DESIGNA-
 TUR; INCOLÆ PRÆCIPUI;
 JUDÆI PRIMI.

IN anno præcise designando, quo
 ex cineribus eruta Alexandria,
 nobis prolixioribus esse non licet,
 quum

quum tot sint sententiarum divor-
tia inter Chronologos, ut non mi-
nus fere temporis requiratur in illis
recensendis quam enodandis. Suf-
ficiat indicasse omnes ad Olympiad.
CXII. ejus referre initia. Ultima,
vero manu urbi imposta, novis eam
colonis replet, gentesque cum fi-
nitimas tum remotas illuc commi-
grare ibique sedem figere jubet A-
lexander. Quas inter Judæi meri-
tò principe nominantur loco, ut
quibus ἀφ' ἑ χρησάμενος προθυμο-
τάταις κατὰ τῶν αἰγυπτίων ἰσθαίους
ἀλέξανδρος, γέρας τῆς συμμαχίας
ἔδωκε τὸ μετακτείν κατὰ τὴν πόλιν
ἐξ ἰσοτιμίας πρὸς Ἕλληνας. i. e.
Ab illo tempore, ex quo strenuis Alexan-
der contra Ægyptios usus Judæis, præ-
mium societatis tradidit, & habitandi
Alexandriam facultatem, & jus civi-
tatis æquale cum gentibus, Josephus.
Hinc discimus, quam bene audive-
rint Judæi apud Alexandrum, nam
civitatem Alexandrinam, secundum
institutionem Principū, non teme-
re dari oportere, ait Trajanus a-
pud Plinium. Horum Judæorum

Bell. Jud.
L. II. c. 21.

Lib. X. E-
pist. XXIII.

Subiunctum hic ducitur argumentum, posteros ad gratiā Alexandri et favorē erga Judæos ab impetrata ab illis civitate Alexandrina. Quia tempora enim condita nobis, juxta civita-
ty Alexandrinæ nulla ratione circumscriptum fuisse probari
potest. Nam q̄ postiorē tempore sub imperatoribus Rom.
potendi Juxta Alex. Civitatis deperditas, id omne a Romanis
imperatoribus p̄videt profectū erat. Ideo q̄ Trajanus non
Alex. quoddam institutum, jux sed principum institutum vocat.
R. 200. 201.

Jur. Reg.
Hebr. c. III.
Theor. X.

posteror in hunc usque diem Alexandria commorari, testimonio adducimur *Schickardi*, ut credamus, *Retulit*, inquit, *mibi Arabicus quidam mercator Alkariensis ante biennium inter alia, etiamnum hodie tot fere Judæos, Alexandria, Damiaty & Rosetta reperiri quot Turcas.* Observari præterea meretur hos Judæos linguæ Hebraicæ fuisse ignaros, eorumque vel doctissimos celeberrimosque ne summis quidem labiis eam gustasse; quod non adeo miramur, considerantes modo temporis illud intervallum, quod Alexandrum inter & Ptolemæum Philadelphum intercessit, præsertim quum inconfesso sit, ne omnes quidem Judæos Hierosolymitanos linguæ sibi propriæ intimos calluisse recessus. Quid? Si *Scaligero* aurem præbeamus, Græce loqui & scribere ab ipsis regibus cogebantur Alexandrini. Num vero ab his Alexandrinis ceterisque Judæis Ægyptiis arcessenda sit origo, quos vocant, *Hellenistarum*, i. e. *Eorum*, qui peculiari in *Asia & oriente celebri, tantumque a Græca polita differente,*
quantum

Lib. I. E-
post. XIV.

quantum hodierna distat Latina s. Italica ab antiqua, utantur lingua, disputant eruditi. Controversia inter Salmasium atque Heinsium super hac re satis est nota *; de quorum sententiis consultius ducimus ἐπέχειν, quam quid certi definire. Scaligerum ferunt, omnium primum hoc termino usum fuisse, & certe epist. XIV. l. i. magnopere jactat *περὶ Ἑλληνιστῶν Ἰουδαίων*, quorum mentio in Actis capp. VI. & XI. scire ea, quorum ignoratio interpretes N. T. hactenus excusaverit, quia abstrusiora sunt: promissum forsan tenet *Animadvers. ad Euseb.* ubi *Ἑλληνίζειν* statuit esse Græcæ lingvæ uti, & *Ἑλληνας* in N. T. *Paganos*, *Ἑλληνιστὰς* Judæos Græcis Bibliis in Synagogis utentes.

§. VI.

FATA ALEXANDRIÆ SUB PTOLEMÆIS.

Alexander postquam mortem infidiis

* *Ex levi quadam re odium hoc capitale inter Salmasium & Heinsium originem traxisse ferunt: „Et si vera sunt, quæ perscripserunt ex Belgio „nonnulli, non optimis sane artibus Heinsius estimationem Salmasii ac famam aggressus est. Buchnerus epist. 80. P. I. ad Henr. a Frisen.*

*Vid. Hor-
ting: Thef.
Phil. Sect.
IV.*

*ad ann.
1734.*

In Apparatu Chronologico Critica prefixo ad Annal. Baronii §. XXVI.

ad Euseb. ann. 1695.

Joseph. Antiq. Jud. L. XII. c. 1.

fidiis conflata obiisset, regni ejus in varias partes dissecti atque dilacerati etiam parva lacinia originem dedit regno Aegyptiaco, cujus summa imperii venit ad Ptolemæos, quo nomine insigniebantur omnes, quotquot Aegyptum in sua habuerunt potestate, quorum catalogum videre est apud Pagium. Hisce Ptolemæis itaque imperium tenentibus varia subiit fata nunc tristia, nunc latiora Alexandria ejusque incolæ, Judæi in primis, sed quorum sæpius fuerunt adversa. Ptolemæus L. filius Hierosolymis & Judæa in ditionem dolo redactis, Judæorum numerum haut exiguum secum asportavit in Aegyptum, ex quibus omnes propagatos, qui longo postea tempore ibi morabantur, contendit Scalliger, sed cui non assentimur, quum Judæos τοῖς Μακεδόσιν ἐν Ἀλεξάνδρεια ἰσοπολίτας fecisse Alexandrum antea audiverimus. Per Pt. Philadelphum a Romanis impetrata amicitia non parum lucrabantur Alexandrini, Pt. Epiphane admodum juvene rege, a tutoribus Philippo

Philippo Macedonia & Antiocho
 Syria regibus bello petiti. Philo-
 metora Antiochus Epiphanes jura-
 tus Judæorum hostis, captivum na-
 ctus, victisque Alexandrinis prælio
 navali ad Pelusium, urbem obsidet,
 sed C. Popilii jussu discedere cogitur.
 Sub Lathuri auspiciis Judæorum ma-
 tres & parvuli jugulati, varioq; sup-
 plicii genere affecti, ceteris docu-
 mento, in fervidos cōjiciebantur le-
 betes. Pt. Alexander III. pulsus a suis
 Romanorū quærebat auxilium; qua
 occasione usus *Julius Casar tum adi-
 lis per partem Tribunorum tentavit, ut
 sibi Ægyptus provincia plebiscito dare-
 tur, sed quod non obtinuit adversante*
*Optimatum factione, ut Svetonius me-
 morat.* regnum hic suum P. R. hæ-
 reditate reliquit. Quod ne *Auleti*
 adimeretur, prope 6 millia talen-
 torum a Cæsare sibi auferri patie-
 batur. Atque cum hoc Ptolemæo
 scepra simul tenebat Cleopatra,
 cum qua familia Ptolemæorum Ma-
 cedonica, cum fere per tria secu-
 la Ægyptum possedisset, defecit.

*Livius L.
 IV. Decad.
 I.*

*Vita Jul.
 Cas. c. XI.*

§. VII.

FATA SUB IMPERATORIBUS ROMANIS.

Ptolemæis & Cleopatra fato defunctis, regnum ab Augusto in provinciæ formam redactum sub Imperatoribus Romanis huc illucque pro ratione temporum rapitur. De Julio Cæsare refert Svetonius *famam percrebuisse, eum migraturum Alexandriam, vel Ilium, translatis simul opibus imperii exhaustaque Italia delectibus, & procuratione urbis amicis permessa, ut novam constitueret sedem imperii. Idem quoque in animo fuisse C. Caligulæ, præter Svetonium, auctor est Philo: Διέγνωκε μὲν γὰρ, ὡς λόγος πλεῖν εἰς Ἀλεξάνδρειαν τὴν πρὸς Αἰγύπτῳ; morte vero occupatus, facinus, quod destina verat imprudens persequi nequii. De hoc insuper Cajo ejusque in Judæos crudelitate execrabililegi omnino merentur quæ habet Philo ipse Judæus oratione in eundem sæpius jam nobis citata: τὰ περὶ τῆς Θεοσυγίας Γαίης γραφέντα μετὰ ἡθρῆς καὶ εἰρωνείας ἐπέγραψεν περὶ ἀρετῶν. i. quæ de nefaria Caji impietate*

*in Ejus vit.
c. 79.*

*Legatione
ad Cajum
p. m. 1028.*

Cfr. Bæclerus peculiari in Philonis Judæi legationem ad Cajum dissertatione.

*impietate scripta sunt, eleganti sermo-
nis lusu, de virtutibus inscripsit, ait
Eusebius. Octavius Augustus obsessa
Alexandria, quo Antonius cum Cle-
opatra confugerat, brevi potitus est,
auctore Svetonio. receptæ vero pe-
percit in honorem conditoris. Huc
alludit Horatius:*

*Hist. Eccles.
L. II. c. 8.*

*- Nam tibi quo die
Portus Alexandria supplex
Et vacuum patefecit aulam,
Fortuna lastro prospera tertio
Belli secundos reddidit exitus,
Laudemque & optatum peractis
Imperii decus arrogavit.*

*Carm. L. IV.
ode XIV.*

Adriani meritorum in urbem no-
stram, luculentissimum agnoscimus
proprium testimonium in epistola
ad Servianum Cos. *Utinam, inquit,
melius esset morata civitas (Alexan-
dria) digna profecto, que pro sui pro-
funditate totius Ægypti teneat princi-
patum: huic ego cuncta concessi, vetera
privilegia reddidi, nova sic addidi, ut
presenti gratias agerent.* Sub Seve-
ro gravis oritur persecutio Chri-
stianorum Alexandrinorum, de qua
plenius videre est apud Pagium.
meminit etiam Spartianus, vita Se-
veri.

*vid. Vopisci
Syracusi
Saturn. c. 8.*

veri. Et quis omnia enumerare potest, quæ agebantur sub sequentibus, Diocletiano, Theodosio Juniore, Constantio, &c. Conferantur H. Eccl. Scriptores.

CAPUT SECUNDUM.

§. I.

INGRESSUS AD UBERIOREM TRACTATIONEM.

Sed ad id, quod præcipuum nobis est, ut demum veniamus, videamus, quo jure *officina eruditionis, Musarumque domicilium* Alexandria nostra audiat. Alexandrum M., qui fundamenta urbi jecit, eamque multitudine replevit, literarum etiam studia instituisse, verosimile quidem est, ut qui a *liberali Musa & studiis humanitatis nunquam* *abfuit*, ut testatur Gellius; quum tamen sileant ea de re scriptores, neque nos certi quid statuimus, atque ad Ptolemæos, quibus id erat curæ præcipue, accedimus. Horum certe opera supra totum terrarum orbem caput extulit *Alexandria, &c.* quotquot

N. A. Lib.
IX, c. 3.

quotquot in literis fecerit progressus, id omne illis tantum non omnibus, acceptum habeat referatque, necesse est. Et quid ni? Pt. enim Philadelphus, ut de cæteris in præfenti nihil dicamus, præterquam quod militiæ artibus claruit, erat etiam *Φιλόκαλος*, literisq; humanioribus optimè imbutus, præceptoribus usus Stratone, Callimacho, Aristophane, Apollonio, aliisq; exquisitæ eruditionis viris: verbo, *Ptolemeorum erat eruditissimus, & omnis litteraturæ sagacissimus*, ut hoc eum ornat elogio *Tertullianus*. adeoque non potuit non literarum etiam cultores quovis honoris genere prosequi, eorumque commoda promoveri. Quid igitur? nonne literarum fata ab eorum conditione pendent, quos ad summum honoris gradum præ aliis, summus rerum arbiter evexit. Augusti ætas quot quantosque stupendæ eruditionis viros vidit? quot M. Antonini? Caroli Magni? Ludovici Pii, quot denique Francisci I.^{mi}?

*Apolog. 6.
VIII.*

§. II.

MUSEUM ALEXANDRINUM.

Habuerunt omnes gentes, omnia regna olim sua collegia, sua Musea, suosque cœtus publicos, in quibus eruditi convenirent, dissendendoque suas singuli proderent sententias. Græcorum ut erat opus & labor præ aliis sese gentibus efferre, ita & publica pryteana quam maxime ostentabant. Præter enim ipsas Athenas τὸ τῆς ἐλλάδος περιανειον, habebant & sua Tarentini, Corinthii, Rhodii, sua etiam Milesii: sed quibus omnibus palmam omnino suo præripiebat tempore *Museum Alexandrinum*, sive auctorem respiciamus, sive celebritatem loci in quo fundatum, sive magnitudinem, sive denique fructum atque utilitatem inde redundantem. Descriptionem hujus Musei brevem sed luculentam subministrat nobis Strabo, loquens de Alexandria, his verbis: τῶν δὲ βασιλέων μέρος ἐστὶ καὶ τὸ μουσεῖον ἔχον περιπαλον καὶ ἐξέδραν καὶ οἶκον μέγαν ἐν ᾧ τὸ συσσίτιον τῶν μελεχόντων τῶ μουσεῖς Φιλολόγων

*Athenens
Deipnosof-
phist. L. V.
c. 2.*

*Geogr. I.
XVII.*

λολόγων ἀνδρῶν. Ἐσὶ δὲ τῇ συνόδῳ
ταύτῃ καὶ χρέματα κοινὰ καὶ ἱερεὺς ὁ
ἐπὶ τῶ μουσεῖο τεταγμένος τότε μὲν
ὑπὸ βασιλέων, νῦν δὲ ὑπὸ Καίσαρος.

i. *Ipsius regia pars est etiam Museum, habens ambulationem & domum maximam, in quo cœnaculum est eorum, qui participes sunt Musei, philologorum hominum. Sunt isti collegio etiam pecunie communes & sacerdos super hoc Museum ordinatus, olim quidem a regibus Ægypti, nunc autem a Cesare.* Super hæc singula verba quæ observationem merentur, commentati sunt J. F. Gronovius & Ludolphus Neocorus,* ut de Aristonico & Callimacho, qui testibus Strabone & Suida in eodem sudarunt argumento, nihil dicamus: adeoque reliquiarum nihil esse, quod dicendum restet post doctissimos viros, jure affirmare,

B 3

possu.

* *Obiter observamus emendationes auctorum Graecorum, quas prope finem opusculi de Museo Alexandrino adfert V. cl. Ludolphus Neocorus, a Job. Georg. Grævio secum communicatas, merito tribuendas esse Job. Frid. Gronovio, in cujus diatribe de eodem Museo Neocoriana subjecta, easdem legas.*

ad *Elis*
Spart. A-
drianum.

minime ab urbe remota
Lugou. aperte enim
Plinius: Metaby est
eam Dinotares Archi-
techy er. jam tum hanc
quinta ab urbe regia
dicata. Regia a. pars
erat Metaby, ut ex
Strabonis loco p. 23 p.
ed. citata adparet.
Salmastius etiam in le-
xeritationibus Plinii
ni ostendit in Metaby
ne urbium semper loca
publica descripta fuisse
puta, Basilicas, Corti-
cus, Tempia, Regias et
id quod ex hoc Plinii
loco probatur. 220.
De Mus. A.
Lutatius etiam in
Commentariis de Ci-
vilitate p. m. 521 di-
cit: Musca longissi-
me ab urbe abdis-
ficabantur. hoc a.
quo minus de Alexan-
drino statuamus ob-
stat manifeste Plini-
um auctores.
p. 8.

possumus cum Cl. Salmasio. Phi-
ladelphum auctorem hujus Musei A-
thenæus statuere videtur. In re-
gione urbis *πυργεῖω* Latinis cor-
rupte *Bruchio* erat exstructum,
quem locum ab urbe fuisse re-
motum vel ex eo concludimus,
quod veteres Musea ab urbe pro-
cul collocaverint, idque eam ob
causam, ut literis operam dantes,
eo magis ab undoso illo urbium ma-
ri in tranquillo & rurestri portu qui-
escere possent. Doctorum hoc com-
mune receptaculum, non modo Alexan-
driam & Egyptum, sed omne Roma-
num imperium h. e. pene totum terra-
rum orbem literis replevisse, atque in
omnes partes terrarum velut examina
hominum eruditorum emisisse, Grono-
vio assentimur. Erant namque i-
bi cujuscunque generis philosophi,
qui excellentissimis gaudebant pri-
vilegiis, summoque in honore ha-
bebantur. Nam ἀπέφηνεν οὐκ ἀ-
φανῶν ἐθνῶν, κατέλεξε δὲ τοῖς δη-
μοσίαις ἱππεύσαι, καὶ τοῖς ἐν τῷ μθ-
σειῶ σπουμένους. i. non humilium gen-
tium, sed inter viros ordinis equestris
censeri

censeri voluit & eos, qui in Museo alebantur, ait Philostratus de Adriano. Etiam ipsi Imperatores heic multas quæstiones proponebant, *propositas ipsi dissolvebant*, ut de Adriano memoriae prodit Spartianus. Nullum itaque studiorum genus, nullamque ferè disciplinam fuisse, quæ non ibi excolebatur, quæque non ad eam pervenit *ἐπιμνη*, quam unquam attingere potuit, quin affirmemus, nulli dubitamus. *Τραπέζα Αἰγυπτία* vocatur Philostrato. Si *Communitates*, ut vocant, quas tam exteris, quam nostræ patriæ, in Lyceo illustri Upsaliensi olim fuisse, & adhuc in celebri Londinēsi Scano- rum esse in usu, parū aut nihil diceremus differre ab hisce Museis, crederemus nos a vero haut aberrare. Nam ut in Museis veterum, sic etiam in *Comunitatibus* victus præbetur publicus iis ex corona studiorum, quibus res est angusta domi: habentur etiam quotidie sermones eruditi; moderante viro ad id ordinato, qui *communitatis Præpositus* appellatur. Quod præclarum

De Sophi-
stis in Dio-
nyfio.

c. XX.

l. c.

esse principū institutū, nemo nisi literarū rudis potest negare. Absint igitur, absint procul, cum Timone Phlasiō Sillographo, omnes convitiatores cum suis scommatibus. Hic enim Mus. Alex. *caveam esse dixit, irridens philosophos qui ibi alebantur, tanquam aves maximi pretii incluse reti, saginati.*

*Permuli pascuntur in Ægypto popu-
losa*

*Pugnantes libris ac semper digladi-
antes*

*not. gen. med. cupy
libri 2. Vet. Claud.
Athenaus
Vet. Alexan.
Dica. Nufao Lib. I. cap.
alterum additum XIX. ex i.
Luy nomine; institutum
ut quotannis in altero
Thyphum unlibri, in altero
Korkidomaton diebus sta-
bulis, velut in addito
rio recitarentur lib.
a Sanguis q. vi. es.
C. 42. p. 28.*

*huius Musarum in cavea.
ut de verbis rixari nunquam cessent.*

S. III.

BIBLIOTHECA ALEXANDRINA.

In Museo cuius paragrapho præcedenti fecimus mentionem, collocata erat Bibliotheca, quæ omnes quondam gentes in sui rapuit admirationem. Philadelphum maximam partem, & qua originem, quam dedit, & qua ornatum, iure sibi vindicare existimamus. Nam præterquã quod ex Neleo, universam Aristotelis bibliothecam Scepside sub terra, defossam emerat; etiam ex Rhodo atque Athenis magno pretio

pretio infinita devexit volumina. Interim tamen non imus inficias, quin ceteri Ptolemæi laudabiles collocaverint operas in eadem hac Bibliotheca augenda. Erat namque inter Ptolemæos & Pergami reges maxima æmulatio in promovendis iis, quæ ad numerum & ornatum librorum pertinere possent, quam in rem locus Galeni peregregius adduci meretur. *Ante, inquit, etatem regum Alexandria & Pergami, inter quos erat in comparandis libris veteribus contentio, nullus liber unquam falsum titulum habuit. Verum ut primum acceperunt præmium, qui antiqui cujuscumque auctoris librum iis afferrent, tum demum multos falso titulo insignitos attulerunt.* Sub VII Ægypti rege Evergeta, renovatæ sunt omnes disciplinæ. Hic enim multis jugulatis, nec paucis, qui cum fratre ejus adoleverant, in exilium actis, urbes ac insulas replevit, Grammaticis, Philosophis, Geometris, Musicis, Pictoribus, puerorum magistris, Medicis, & aliis multis artificibus, qui ob inopiam eadocentes, quæ sciebant, omni humanitate

*Comment.
ad Hipp. de
Naturâ ho-
minis Text.*

XLII.

Deipnos.
L. IV, c. 25.

Comment
II. ad Hip-
pocr. Epi-
dem, L. III.

N. A. L. VI.
c. XVI.

Bib. Aug.
Wolfenbytel. p. 89.
De Tranqu.
Anim. c. 9.

l. c. pag. 85.

manitate præclaros viros expoliverunt, ut Athenæus docet. an vero hic locus ansam recte præbuerit Conringio credendi, Evergetam eruditos egisse in exilium, dubitamus; nam qua tunc ratione Athenæus asserere posset disciplinas fuisse renovatas, urbesque philosophis, &c. impletas, non videmus. Hic idem Evergeta, Galeno docente, pro Sophoclis, Euripidis, Æschylique tragœdiis *αὐτογεύσεις*, oppigneravit Atheniensibus 15 puri argenti talenta, sed reddidit exemplaria nova elegantissime exarata, cum pigneratis talentis. Atque sic tam splendida evasit, tam variis optimi generis libris referta, ut numerus librorum ad septingenta ferme millia voluminum accreverit, Gellio teste, ad cuius fidem emendatur Isidorus a Conringio, ubi vulgo legitur *septuaginta*. Miramur igitur, magnopere miramur Senecam tam acriter contendere studiosam hanc fuisse luxuriam, imo ne studiosam quidem; sed cui Conringium, ut optimum judicem heic opponimus. *Fateor & ego, inquit, vitiosum esse*

esse librorum parare nimium, aut parare librorum copiam in parietum ornamentum - - at vero non quevis magna vis librorum semper est nimia - - alteri nimium est, quod alteri parum, quedam studia sine multiplici lectione, atque adeo copiosa Bibliotheca exerceri non possunt. Non sane Athenæus sua ΔΕΙΤΥΟΘΟΘΙΣΙΝΩ dedisset nobis, nisi ad manus habuisset illam Laurentii sui bibliothecam &c. &c. Privati emant, non quod opus, sed quod asse carum, ut est vetus proverbium; merito igitur arguitur Aldi Manutii βιβλιομανία, omnem rem familiarem in emendis libris perdentis, ut illi tandem necessum fuerit aliquot centum aureorum fœnori sumere, & quod est gravissimum, usura centesima, que pro vectura bibliothecæ sue solveret, quam Venetiis usque advehendam curaverat. Conringius ex significatione libri & voluminis veteribus usitata, ostendere laborat bibliothecam Augustam cum copiam, tum aliis prærogativis nostram longe antecessisse; sed detur hæc venia Eruditis, vetera atque obsoleta floccipendere

vid. J. Nicci Pinacotheca p. I. pag. 184.

Bib. Aug. p. 19.

pendere, ut eo magis iis, de quibus in presenti loquuntur, suus constet honos. Sed quæ reliquæ? quodve vestigium? abiit in fenum, facta rerum! hæc incomparabilis congeries bello quod J. Casari erat cum Pompejo, dum diripitur ea civitas, non sponte, neque opera consulta, sed a militibus forte auxiliariis, si Gellio creditur. Hunc exitum habuit illud $\lambda\alpha\tau\epsilon\lambda\iota\omicron\nu\ \Psi\upsilon\chi\eta\varsigma$, illa animi medicina, unde infiniti propemodum sanati, & amplius sanari possent: copia librorum, in quam quantum vigiliarum, quantumque laboris exhauserint viri, at quam multi? tot sumptus, tot talenta dies unus, ne dicam hora consumsit. Ac ne longa quidem ætate post surrexit alia, sed impar, & quæ alterius filia merito vocetur; indicium tamen familiæ Ptolemaicæ innatam quasi fuisse cupiditatem congerendorum librorum. Antonius enim bibliothecam Attallicorum regum Pergamenam per vim Alexandriam deduci curavit, idque in gratiam amasiæ suæ Cleopatrá.

ad par. 2. c. 2.
p. 29.

N. A. LVI.
c. XVII.

Non sola conflagra-
vit hæc Bibliotheca
nam quodringenta 1000
Librorum perisse tantum
Seneca auctor est de tran-
quillit. c. 9. Deoq. nulla
pugna in quædam
Librorum a Julio et Sen-
eca constitutum. non enim
sunt 700000 Librorum
combusta fuisse, sed tot
Libris constituta Biblio-
theca Alexandriana.
quod de versione 70 inter-
pretum apud auctor in
iudicio illo Alexandri
non conflagrauit nullum
E. id p. h. Diss. p. 24.
et hinc in Lecl. dicit

Bonithianum misisse

Alexandriam, q. defunderent et emendarent. p. not. gens. f. m. S. IV:
Epiphanius in libro de ponderibus ait duas fuisse Bibliothecas in
Alexandria: primam in Brechia a Ptol. Philadelph. constructa, secundam
longo post tempore constructa in Serapeo, que minor solum dicebat.
Cassiodorus in Apologico c. 10. Hodie Ptolemaea Bibliotheca apud
Serapeum, cum episcopi Hebraicis Libris addiderunt. addat Chris-
tophorus in Grad. 1. adversus Judæos.
p. 22.

§. IV.

PRÆFECTI BIBLIOTHECÆ ALEXAN-
DRINÆ.

Seriem eorum, qui Bibliothecæ Alexandrinæ præfecti erant, affert Jonsius, quorum antesignanum statuit *Demetrium* Phalereū, de quo *Hist. Philos. I. I. cap. 18.* quum occasio nobis dabitur loquendi in §. VI. illuc referimus, quæ heic dicenda forent. Post *Demetrium* ponitur *Zenodotus* Ephesius, Poëta & Grammaticus, qui quanto in honore fuerit, vel ex his *Ausonii* ad *Citarium* Grammaticum, *Burdigalensem* versibus constat: *Prof. Burd. XIV.*

*Effet Aristarchi tibi gloria Zenodotiq;
Grajorum, antiquus si sequeretur
honos.*

Hic primus *Homeri* scripta recognovit. *Zenodoto* successit *Callimachus* Cyrenæus carminis elegiaci princeps a *Quintiliano* vocatus. *Inst. Orat. L. X. c. 1.* Hunc nescio quibus rationibus suffultus Jonsius exclusit. In locum, *Callimachi* venit ejus discipulus *Eratosthenes* a varia doctrina *πένταδλος* dictus, primusque Philologi nomen sibi vindicans. Sequitur *Apollonius*

pollonius natione quidem *Alexandrinus*, sed ab aliis Poëtis calumniis indies lacesfitus, Rhodum concessit, ubi diutius versatus Rhetoricam docens, Rhodius, quam *Alexandrinus* cognominari maluit. Postea *Aristonymus*, deinde *Cheremon*, tandem *Dionysius Alexandrinus* sub Nerone.

§. V.

SERAPIS EJUSQUE TEMPLUM.

DE *Serapide* ejusque templo pauca attingere nos jubet utriusque frequens apud scriptores mentio. Erat *Serapis* Alexandrinorum & Ægypti inferioris numen præcipuum, quod dedita superstitionibus gens ut *πολιεχον θεόν*, *Deum tutelarem urbisque custodem* venerabatur, ut scribit *Julianus* epistola ad Alexandrinos. Sequens de eo epigramma legimus apud *Eusebium*.

Demonst.
Evang.

Ἐπτά με Φωνήεντα θεόν μέγαν
ἄφθιτον αἰνεῖ
Γράμματα, τῶν πάντων ἀκάματον
πατέρα.

Εἰμὲ

Ἐπι δ' ἐγὼ πάντων χέλυσ ἄφθιτος
ἢ τὰ λυρώδη

Ἑρμοσάμην δίνης ἔρανόιο μέλη.*

Denominationis τῆς ἑπταγραμμάτης

duas ponit causas Valesius: tam, quod in ejus nomine septem reperiantur literæ, quam quod septem vocalibus literis celebrari solitus. **

Fuisse hunc Deum non origine Ægyptium, sed *Sinopensem*, χθὲς ἢ πρώην in Alexandriam tanquam inquilinum receptum, probat ex Epiphonio Scaliger.

Σέρραπίν τε τὸν Ἀπιν βασιλέα Σινωπέων θεοποιῶντες τυραννίδι μάλλον ἐδύλευσαν. Et recte: nam si verum est, quod ex Macrobio affert *Borrichius*, Ægyptii

non agnovere nisi unum Deum

Δημιουργόν, nec nisi coacti sacra Serapidis

Annot. ad Socratis H. E. L. V. c. 17.

ad an. Euseb. 1730.

de Hermetis Ec. Sapientia cap. VIII.

* Carmine Latino donavit hos versus a me rogatus quidam amicus meus hunc in modum:

Me septena Deum vocalis littera laudat
Æternum cunctorum irrequiemque patrem,
Ipseque sum terum chelys infinita, sonosque
Harmoniaæ lyricos constitui superet.

** Quod de omnibus Ægyptiorum Diis dictum sit,

Ἐν Αἴγυπτῷ τὸς θεοὺς ὑμνεῖσι διὰ τῶν ἐπιφ' φωνέντων ὡς ἐρεῖς. Demet. Phaler. de Elocutione.

rapidis admifere. Eundem ac *A-*
De H. M. *pidem* facit præter alios Conringius,
c. 2. Theol. Vosſius vero *Joſephum* Jacobi fili-
Gent. c. 29. um. Templum in quo ſacra fie-
 bant huic idolo, hinc *Serapium* vo-
 cabatur. quod atriis columnariis am-
 pliſſimis, & ſpirantibus ſignorum ſig-
 mentis, & reliqua operum multitudine
 ita erat exornatum, ut poſt capitolium,
 quo ſe venerabilis Roma in æternum
 attollit, nihil orbis terrarum ambitio-
 ſius cernat, ſuo dicebat tempore Mar-
Lib. XXII. cellinus. Valente tandem Juniore
p. m. 424. & Theodoſio Imperatoribus fundi-
 tus diruebatur hoc altis ſublaturum
 faſtigiiſ templum.

§. VI.

VERSIO LXX. INTERPRETUM.

*V*erſionem Veteris T. *græcam* Phila-
 delphi auſpiciis fuiſſe procuratam
 plerique conſentiunt. *Demetrium*,
Phalereum ei auctorem fuiſſe hoc o-
 pus aggrediendi magno conſenſu
 affirmant Joſephus omnesque Scri-
 ptoreſ Eccleſiaſtici in hoc occupati
 negotio: ſed qui omnes ſententiæ
 ſuæ robur aſſumunt ex Scriptore, ut
 volunt, Judæo, cui nomen *Ariſte-*
 as,

as, cujus exstat liber unice occupa-
 tus in tradenda hujus versionis hi-
 storia; cui vero paulo accuratori-
 bus oculis perpendere placuerit il-
 las fabulas aniles, quibus totus est
 refertus, profecto non potest non
 fraudē subolfacere, eumq; pro spu-
 rio habere. Libentius itaq; H. Hody
 assentimur, statuenti *Judeum* quen-
 dam nomine *Aristeæ*, hunc fœtum in
 lucem emisisse. Nam ex Hermippo
 apud Laërtium constat, Demetrium
 incidisse in odium Philadelphi, quod
 svaferat Ptolemæo I:mo, ut filii, non
 quos ex Berenice, ex qua natus Phi-
 ladelphus, sed quos ex Eurydice,
 susceperat, participes fierent regni.
 Τὸ νόμος sive *Legis* mentionem a-
 pud scriptores non ob stare existi-
 mamus, quo minus omnes libri V.
 T. intelligantur; quum eam signi-
 ficationem temporibus N. T. usu fu-
 isse receptam, ex variis qui ibi ci-
 tantur V. T. locis, possit constare:
 quamquam statuentibus *libros Moysis*
 antea fuisse conversos, propterea
 non resistimus. Sed versionem,
 quam nunc habemus esse genuinam,
 vel eam ipsam, quam adornari cu-
 ravit

*Diss. contra
 hist. Aristeæ
 de 70 Interp.*

L. V. §. 78.

*Joh. XV. 25.
 ex Psalm.
 XXXV. 19.*

ravit Philadelphus, ægre asserere nos posse fatemur. Nam præterquam quod nemo adhuc demonstraverit, eam solam incendio illi funesto Bibliothecæ Alexandrinæ fuisse ereptam, multa, eaque explicatu difficillima inde sequerentur. Etenim in versione quæ nunc circumfertur, *Interpretes addere & decurtare pro libitu, oscitanter, cæcutienter, audacter vertere in sensum sæpissime alienum, non raro contrarium, aliquando nullum.* Lightfootus plurimis argumentis demonstrat. In quorum præcipue gratiam porro hæc versio in publicum protracta fuerit, controversum est. Illustris Scaliger *Judeorum Hellenistarum* (vadente utilitate, eam esse conscriptam, asserere non dubitat. De *Hellenistis* antea loquuti sumus, eos nempe, utut Judæos, linguam sibi propriam minime calluisse, id quod vel ex unius *Philonis*, scriptoris alias celebris, exemplo cuivis constare existimamus.* Sed

Hor., Hebr.
in Luc. III.

* *Oratione ad Cajum interpretatur Israellem, videns DEum, quæ derivatio a sensu Angeli aberrare videtur. Vide Philonem (ait Scalig., ad an. 1724 Eusebii) at quem virum, quam*

aliam aperit causam Lightfootus :
 Nempe Ægyptus tunc temporis mi-
 ra vi Judæorum erat referta, qui se
 suas habere leges dicebant suaque
 instituta, a quibus latum ungvem
 discedere non sine gravi possent
 conscientiæ morfu. Ptolemæus ita-
 que, ut erat prudentissimus satis-
 que Judæorum astutiæ peritus, ne
 quid fraudis subesset, legem eorum
 in eam transferri lingvam curavit,
 quam & ipse, & omnes, ejus im-
 perio atque potestati subjecti, calle-
 bant. Inter illas angarias & *επισημια*
jejunia Judæis vel propter *εορταστικα*,
 aut incendia, aut aliam ob causam
 celebrata, etiam viii diem Thebit
 propter legem in diebus Ptolemæi
 explicatam censerit Scaliger :
 Philo vero solemnitatis anniverfa-
 riæ in memoriam versionis memi-
 nit : adeoque grata fuerit hæc trans-
 latio Judæis, nec ne, non defini-
 mus, nisi inter Judæos Hebræos
 & Hellenistas distingvere velimus.
 Non est nobis incognitum, nos heic
 magni nominis viros a nobis habe-
 re
 , infans est in Hebræis? quam ridiculus? Quem
 , certissimum est Hebraice nescivisse.

*Append. ad
 Horas He-
 braic. cap.*

XI.

*Animadv.
 ad Eusebii
 an. 1734.
 Vita Moses
 p. m. 660.*

re dissentientes; in primis Isaacum Vossium (vid. de *Sibyllinis Oraculis*) cujus acutissimum quidem ingenium nunquam non exosculamur; ad præsens tamen negotium quod adtinet, nulla ratione in ejus possumus castra transcendere. Etenim tam acriter sibi persuasit, lingvæ Hebraicæ nihil præter mutas superesse literas, nescirique vim & potestatem vocabulorum, & si quid Hebraicæ lingvæ superest, totum hoc LXX Interpretibus acceptum, feramus necesse esse: porro quod sacris V. T. libris fruamur, totum illorum esse beneficium, ut qui hoc negare sustinuerit, eum pro Hæretico, ut opinamur, declarare velit. Gratulamur LXX Interpretibus tam strenuum patronum & tam indefesum advocatum; doleremus etiam vicem nostram, nisi ad jus provocare superius nobis esset integrum.

S. VII.

ARS GRAMMATICA.

Alexandrinorum progressus circa literarum studia consideraturis, in ipso quasi aditu non incongrue sese

sele offert *Grammatices* studium, quod nisi oratori futuro fundamenta fideliter jecerit, quicquid superstruxeris corruet, ut docet *Quintilianus*. Excellentissimus *Vossius* non dubitat, quin præcipuâ debuerit partem hæc ars *Alexandrinis*, qui non minus ob *Grammatices* peritiam jactare se solent, quam *Thebani* quia tibia, *Mitylenæi*, quia cithara optime canerent. Ab his grammaticis originem arcessendâ accentuû linguæ Græcæ sentit *H. Christ. Henninius*. Gratia apud reges & principes pollebant insigni, magnasque obibant legationes, quin & rerum publicarum admovebantur administrationi tunc *Grammatici*, ut de *Dionysio Alexandrino* memoriæ prodit *Suidas*. Ex his maximam partem mutuati sunt omnes fere illi, qui posterioribus temporibus illam artem tradendo nomen sibi famamque quaesiverunt. *Apollonii Dyscoli* se potissimum premere vestigia ipse fateatur *Priscianus*. *Theodorum Gazam* & *Thomam Linacrum* cum passim sequi docet *Vossius*. *Apollonius* vero omnia sua ex *Cleone* transtulit. *Diodymus*

Inst. Orat.
L. I. c. IV.

De Arte
Gram. L. I.
c. 3.

Ἑλληνισμ.
ἰεθωδ.
§. XXIV.

Lib. XVII.

Saturnal.
L. V. c. 22.
Epist. 18.

dymus grammaticorum omnium quique sint, quique fuerint instructissimus audit Macrobio: quamquam Seneca, more suo, acrius in eum insurgat. Aristarcho Alexandrino τῷ δὲ φῶσσι Samothraci tanta erat auctoritas, ut una cum Aristophane Poëtarum iudex habitus fuerit, & Homeri versum negarit, nisi quem probasset, unde & Poëta versus, quos spurios putaret, expunxit. hinc Aufonius:

Quique sacri lacerum colligit corpus Homeri

Quig, notas spuriiis versibus apposuit,
Hinc per *ἄπορρηκτα* Aristarchus usurpatur pro censore ut apud Horatium Flaccum.

de Arte Poëta
v. 445.

Arguet ambigue dictum mutanda notabit

Fiet Aristarchus

C. Julius Hyginus, Augusti Libertus, natione Hispanus, etsi nonnulli Alexandrinum putant, & a Casare puero Romanam advectum, Alexandria capta, studiosè & avide imitatus est Cornelium Alexandrum grammaticum græcum: quem propter antiquitatis notitiam Polyhistorum multi, quidam historiam vocabant. Ex his Suetonii verbis patere

De Illust. Gramm.
cap. XX.

tere crediderunt Viri Cell. Vossius, Woverius & Fabricius Hyginum *Polybistorem* veteribus vocatum. Verū minus recte, quum non Hygino, sed Alexandro, Polyhistoris nomen ibi attribuatur, quod Tranquillum vel currentibus oculis inspicienti non possit non esse perspicuum: & antea monitum a *Joh. Mollero*. Nicanor præter alia scripsit *περὶ στυμῶν*, sive de punctis, eamque unicum ob causam *Στυμματίας* i. notis compunctus ab Alexandrinis vocatus: more illis familiari, quoscunq; scōmatibus proscindere acerbissimis, etiam nulla urgente causa. Libros hic de *Alexandria* consignavit, sed quorum ne tituli quidem supersunt. Optandum fuisset hos aliosque hujus generis labores ad nos pervenisse integros, tunc enim haut opus

Proleg. ad Morbofi Polyhist.

Fluitantia querere a plustra Navibus amissis

Grammaticorum *Helladii* atque *Ammonii* meminit *Socrates*; quos eum in finem heic in medium produci-

Hist. Eccl. L. 5. c. 16.

4888

C 4

cuerit,

cuerit, explicandi ea, quæ in *Annotationibus* adducit *Valesius*: locus sine dubio mendo laborat.

S. VII.

ARTIS MEDICÆ MAGISTRI.

Gregorius Nazianzenus oratione in laudem fratris *Cæsarii Alexandriam* vocat παντοίας παιδεύσεως και τότε και νῦν ὄυσαν τε και δοκῆσαν ἐργαστήριον. Principem vero locum jure sibi vindicat *Medica*, ad quæ priusquam ulterius progrediamur, *Am. Marcellinum* de studiis Alexandrinorum egregie differentem audiamus: locus quidem est proluxior, elegans tamen, & dignus qui integer adducatur. Alexandria ipsa non sensim ut aliæ urbes, sed inter initia prima aucta per spatiosos ambitus, internisque seditionibus diu asperre fatigata, ad ultimum multis post annis, Aureliano imperium agente, civilibus jurgiis ad certamina interneciva prolapsis, dirutisque mœnibus, amisit regionum maximam partem, quæ *Bruchion* appell-

Lib. XXII.

„appellatur, diuturnum præstan-
 „tium hominum domicilium. Un-
 „de Aristarchus *Grammaticæ* rei do-
 „ctrina excellens, & Herodianus
 „artium minutissimus sciscitator, &
 „Sacas Ammonius Plotini magi-
 „ster, aliique plurimi scriptores
 „multorum in literis nobilium stu-
 „diorum. Inter quos Chalcenterus
 „eminuit Didymus, multiplicis sci-
 „entiæ cœpti memorabilis: qui in
 „illis sex libris, ubi nonnunquam
 „imperfecte Tullium reprehendit,
 „Syllographos imitatus scriptores
 „maledicos, judicia doctarum auriū
 „incusat, ut immania frementem
 „leonem putredulis vocibus vanus
 „catulus longius circumlatrans. Et
 „quamquam veteres cum his quo-
 „rum memini florere complures,
 „tamen ne nunc quidem in eadem
 „urbe doctrinæ variæ silent: nam
 „& *disciplinarum magistri* quodam-
 „modo spirant, & nudatur ibi *Geo-*
 „*metrico* radio quicquid recondi-
 „tum latet, nondumque apud eos
 „penitus exaruit *Musca*; nec *Har-*
 „*monia* conticuit, & recalet apud
 quosdam

„quosdā adhuc licet atros confide-
 „ratio *mundani motus*, & *siderum*,
 „doctique sunt haut numero pauci:
 „super his scientiam callent, quæ
 „*fatorum vias* ostendit. *Medicine*
 „autem, cujus in hac vita nostra,
 „nec parva, nec sobria deside-
 „rantur adminicula crebra, ita
 „studia augentur indies ut licet o-
 „pus ipsum redoleat, pro omni
 „tamen experimento sufficiat me-
 „dico ad commendandam artis au-
 „ctoritatem, si *Alexandria* se dixe-
 „rit eruditum. Hactenus Am-
 „mianus. Conringius quamquam
 „injurius semper ferè in *Ægyptios*, e-
 „os insectandi nunquam non occasio-
 „nem arripiat; fateri tamen cogitur
 „Alexandriam unum fuisse locum,
 „qui scholam habuit quondam sub
 „Cæsaribus *Medicæ* arti consecratam.
 „Gregorius Nyssenus in vita Grego-
 „rii Thaumaturgi indicat sua ætate ad
 „Philosophiam & Medicinam discen-
 „dam undique juvenes concurrisse
 „εις ἤν (τὴν μεγάλην τῆ Ἀλεξάνδρæ
 „πόλιν) ἢ ἡ πανταχόθεν συνέρρεινεό-
 „της τῶν περὶ φιλοσοφίαν τε ἢ ἰατρει-
 „κην

Suppl. XVI.
 ad Antiq.
 Acad.

κὴν ἐσπεδακότων. De Aëtio refert Philostorgius: τὸ τε δὲ κὴ τῆς Ἰαλεικῆς (Alexandriæ procul dubio) ἐξήπλο, ὡς ἂν μὴ μόνον ψυχῶν ἀλλὰ καὶ σωμάτων ἔχοι τὰς νόσους ἰᾶσθαι. Σάπολις* δὲ ἦν αὐτῷ τῶ μαθητῆς ὁ διδάσκαλος, ἀγῆρ ἐν τῇ τέχνῃ μηδενὸς ἔχων τὰ δεύτερα. &c. Galeni præcipue tempore Schola Medica Alexandrinorum floruit, qui & ipse fatetur, se juvenem illam studiorum medicorum gratia petiisse, & cum Numesiano, atque Heracliano familiariter vixisse. Medicorum & Chirurgorum frequentiam arguit illud in prologo Mythologia Fulgentii. Inveniebatur animus quibus inter bella arrideret, nisi me etiam exinde bellis crudelior Galeni

L. III. §. 15.

L. I. Adminis-
tr. Ana-
tom. §
Comm. 2.
Part. 2. in
Hippocr. de
Natura Ho-
minis.

* Lapsu memorie, Sopolis hujus nuspian alibi fieri mentionem contendit Jacobus Gothofredus in Dissertationibus Philostorgio annexis: quum nuper docuerit etiam apud Nicephorum H. Eccles. L. IX. c. 17. eadem que Philostorgius habet, reperiri. Versio etiam Latina Gothofredi in allatum Philostorgii locum satis est obscura, ideoque eam adducere noluimus.

ni curia exclusisset, quæ pene cunctis Alexandria ita est inferta angiportis, quo Chirurgicæ carnificina laniola pluriora habitaculis numerentur. Seculo autem IV. & V. in primis hæc studia excolebantur. Philostorgius Medicos sui ævi præstantissimos recitaturus, memorat sibi quendam cognominem *Philostorgium*, quem ἄριστον ἰατρῶν principem Medicorum, vocat: ejus filios *Philagrium* & *Posidonium*, quorum posterior ἐν ἰατρικῇ διαπρέπων, præstantissimus in Medicina audit. Εὐδοκίμει δὲ ἢ Μάγνον ἐν Αλεξάνδρεια, τὴν αὐτὴν μετὰ χειρὶ ζόμενον. His adde *Zenonem*, & qui ex ejus Schola prodierunt, præter *Magnum*, *Oribasium*, *Ionicum*. Et quis enumerare potest eos, qui in Alexandria publice hanc artem profitebantur? *Herophilum* utpote, *Diodorum Cronum*, *Dioscoridem Phacam*, *Sevopionem*, *Leonidam*, *Asclepiadem*, *Palladium Iatrosophistam*, *Johannem Alexandrinum*, *Alexandrum Trallianum*. &c. &c. de quibus omnibus conferantur *Diog. Laërtius*, *Suidas*, *Galenus*, aliique. Quod vero Conringius

Hist. Eccl.
L. VIII.
c. X.

De H. M.
c. 9.

ringius dicat; ex quo in Græcorum potestatem Ægyptus pervenit, ut Philosophiam aliasque artes; ita etiam Medicinam aliquam Græcanicam in media Ægypto, cum primis Alexandria viguisse, imo usque adeo veteri Ægyptiaca disciplina prelatam esse, ut illa tandem ab omnibus contempta defecerit; id gratis se dixisse neutiquam credit. Refutatus est dudum erudite ab Olao Borrichio, qui ostendit, quam incongruum sit dicere, Ægyptios propterea quod ducem regemque habuerint, qui miles quondam sub Alexandro M. fuerat, in Græcorum venisse potestatem.

De Hermetis Sapiens,
c. VIII.

§. IX.

CAUSSA PROGRESSUS MEDICINÆ.

Vidimus hætenus quam præclare meruerint Alexandrini nostri de arte Medica; ulterius forsitan e re esset investigare, unde hoc factum, & qua ratione hi omnibus aliis palam præripuerint in curandis mendendisque hominum morbis. Ex Diodoro Siculo ostendit Borrichius viguisse in Ægypto leges, quæ non tantum mores vitamque hominum rexerint,

l. c.

rexerint; sed & bonis artibus inveniendis excolendisque fenestram aperuerint patentissimam. Quorum summa huc redit. 1. *Quod honorarentur* οἱ τὰς τέχνας ἀνευρίσκοντες, ἢ μεθοδεύοντες τι τῶν χηρῶν. Artium literarumque cultoribus suum honorem, suaque præmia tribui oportere ipsa dicitur ratio; ubi vero hoc denegatum fuerit, frigent prorsus, acciditque, quod Cicero dicit; præmiis virtutis sublatis deterrentur homines a bene merendo de nobis. 2. *Quod penas incurreret gravissimas, si quis plura simul opificia moliretur.* Hinc Herodotus; *Apud Ægyptios medicina hunc in modum est distributa, ut singulorum morborum sint Medici, non plurium. Itaque omnia referta sunt medicis. Alii enim sunt oculorum, alii capitis, alii dentium, alii partium alvi, nonnulli morborum occultorum: atque ex hac causa non potuisse non in Ægypto esse omnium experientissimos Medicos, cum singuli, & ii sagaces totam vitam in unica morbi specie cognoscenda & emendanda consumerent, ju-*
re con-

L. II. c. 84.

re concludit Borrichius. 3. Quod tenerentur Ægyptii quotannis apud Magistratum profiteri, quo vita genere victum sibi compararent, adjecto mortis supplicio, si quis vel mentiretur, vel injustum agitaret questum. Institutum profecto saluberrimum: quantum enim detrimenti inde capiant disciplinæ, quod nullo habito discrimine, omnes in omni genere laborare desiderent, satis, ut credimus, perspiciunt prudentes. Hinc caute provident artis medicæ magistri, ne cuivis permittatur de morbis eorumque causis ferre iudicia, morboque affectis potiones præbere medicinales, ad quod pronæ sunt alterius sexus indoctæ quædam, sed præcipue medicorum simii & circumforanei (nobis quæstulæ dicitur) omnes mundi angulos circumvagantes. Quod autem Herodotus dicit, in Ægypto omnia referta fuisse Medicis, id etiam Homerus velle videtur. de Helena loquens.

*Odyss. L. IV.
v. 229. seq.*

Ἄιγυπτίη τῇ πλεῖστα Φέρει ζείδωρος

ἄρουρα

Φάρμακα,

Φάρμακα, πολλὰ μὲν ἔσθλα με-
μιγμένα, πολλὰ δὲ λυγρὰ.

Ἰητροὺς δὲ ἕκαστος ἐπιστάμενος περὶ
πάντων

Ἀνθρώπων - - -

Observari insuper omnino mere-
tur, morem fuisse Ægyptiis, ut,
quando quis morbo affectus, pri-
stinæ valetudini esset restitutus, in
omnibus plateis atque vicis, sche-
dis parietibus affixis palam indica-
rent morbi genus, & qua ratione
medendo ei occurrissent: quo for-
san spectat illud Galeni contra Ju-
lianum. *In Ægypto, inquit, olim ar-
tium inventum unumquodque a com-
muni eruditorum confesso probatum co-
lumnis inscribebatur quibusdam, in
sacris locis positis, haud apposito aucto-
ris nomine.* Sed hisce diutius non
immoramur, ne falcem in alienam
messam misisse videamur.

§. X.

MATHESEOS STUDIA.

Lib. XVI,
cap. 4.

CÆlius Rhodiginus *Leet. Antiq. Ma-
theseos studia contendit apud vete-
res inter puerorum rudimenta esse an-
numerata;*

numerata; quod ipsum ita sibi persuasum habuit, ut ulterius pergeret dicendo, ejusmodi deprehensas fuisse has disciplinas, ut si in illis diutius morandum gyris aut etiam consenescentium ducas, non gradus tibi ad altiora pares, sed lapsum struas, quoniam inde errorum scaturigines sese frequenter ostentant. Nimis dure Rhodiginus heic invectus est in scientiam, quæ omnium instar omni fuit tempore; & quæ neminem adhuc habuit osorem nisi ignorantem: quin nos potius contendimus Ægyptios, quibus originem suam debet Mathesis, per illam illustriores se effecisse. Diximus Mathesin originem debere Ægyptiis, & fatentur ipsi Græci: περὶ Αἰγυπτου, inquit Aristoteles, αἱ μαθηματικαὶ πρῶτον τέχναι συνέστησαν. i. Circa Ægyptum mathematicæ artes constituta sunt. Ex Ægyptiis autem præcipue hanc sibi laudem vindicant Alexandrini, ut qui in Arithmetiis, Geometricis, Musicis, Astrologicis, Astronomicis, Opticis, machinarum inventionibus erant versatissimi. Euclidem omnium

D

primum

Metaphys.
L. I. c. 16

= primum fuisse, quorum labores habemus in Geometria, ex Proclo docet Vossius, qui non solum multos reliquit discipulos, sed & ab ejus tempore in tempora usque Sarracenicæ, vix ullum invenire licet nobilem mathematicum, qui non patria fuerit Alexandrinus, vel saltem Alexandriæ operam dederit Mathesi. Si vero enumerare vellemus omnes eos, non dicam, qui huic arti operam navarunt, sed qui intima ejus adyta penetraverunt, certe dissertatio nostra, quam arctis omnino limitibus includere conati sumus, aliqua laboraret mole; paucorum tamen mentionem faciamus, eorum præcipue, qui præ ceteris se reddiderunt illustres. Laborum *Diophanti Alexandrini* in Arithmetiis pleni sunt testes ejus commentarii VI. Libb. & de numeris multangulis liber unus: quæ opera edidit Gv. Xylander. In præfatione ipse ait Diophantus, se, operis, quod in numeris proponitur, ignoti adhuc vim rationemque fabricari aggressum esse; unde *Algebra* inventionem ei adscribit Joh. Mul-

*De Scient.
Mathem.
cap. XV.*

*Diophanti
Alexandrini*

*Bas. 1575.
fol.*

Mullerus (ex oppido Franconia, cui regius mons nomen, dictus Regiomontanus). Anatolii Alex. ingenii magnitudinem de volumine, quod super Pascha composuit, & X libris de Arithmetica institutionibus, intelligere possumus. Non est igitur, ut neget Conringius Ægyptios ab Arithmetica peritia a quoquam esse commendatos, quia proprio se gladio jugulabit dum locum ex Diod. Siculo L. I. c. XXXI. adducit. Ægyptios Musicam aspernatos fuisse, quod mores reddi per eam effeminatos crediderint, ex Diod. Sic. & Dionys. Halicarnass. probat. Vossius. Interim tamen ex Amm. Marcellino antea audivimus, ejus atate nondum apud Alexandrinos penitus eam exaruisse. Sed Athenæus de his plenius Τιγνώσκεις; inquit, δὲ βέλομαί σε ἀνδρῶν λῶσε Ουλπιανέ, ὅτι Ἀλεξανδρέων μουσικωτεροὶ ἄλλοι γενέσθαι ἔχουσιν. Καὶ ἔ λέγω περὶ κιθαρωδίαν μόνην ἧς καὶ ἀναλφάβητος, ἕτως ἐστὶ συνήθης ὡς τάχιστα ἐλέγχειν τὰ περὶ τὰς κρῆσεις ἀμαρτήματα γινόμενα ἀλλὰ καὶ πε-

Hieronym.
in Catalogo.

De Musica
c. IV

L. IV. c. 24.

ρι ἀλλῶς εἰσι μουσικώτατοι, ἢ μόνον
 τῶς παρθενίως καλεμένως καὶ παι-
 δικούς, ἀλλὰ καὶ τῶς ἀνδρείως, οἵ-
 τινες καλεῖνται τέλειοι τε καὶ ὑπερ-
 τέλειοι· καὶ τῶς κίθαρις ηῤῥως δὲ,
 καὶ τῶς δακτυλικῶς. &c. 1. Hoc au-
 tem nosse te volo, o Ulpiane virorum
 optime, historiis proditum nullis fuisse,
 Alexandrinis gentes aliquas Musices
 studiosas ac peritas magis esse, non
 dico tantum in tractanda cithara, qua
 in re vilissimus quisque e nostris popu-
 laribus, & qui ne literarum elementa
 quidem didicerit, usque adeo exercita-
 tus est, ut si quid peccatur in ea pul-
 sanda, celerrime reprehendat, verum
 etiam in tiliarum lusu, quem precipue
 callent, non earum solum, quas virgini-
 ales & Pueriles nuncupant, sed illa-
 rum etiam quas viriles nominant, &
 citharisterias, & Dactylicas. &c. De
 Bathyllo etiam Alex. Saltationis
 tragicæ auctore apud eundem
 legimus. Claud. Ptolemaeus tam
 claras siderum rationes, ut in æternum
 sufficerent, excogitavit, solusque divini
 officii modum & subtilitatem exori-
 mere ausus est, Cardano iudice. Tan-
 to dele-

to delectabatur hic Ptolemaeus amore contemplandi corpora cœlestia, ut, quoties sidera consideraret, non se terram calcare gloriaretur, sed cum Jove ambrosia & nectare vesci. Hujus *μεγάλην σύν-*

*Cfr. Vossius
de Scientiis
Mathemat.*

ταξιν imprimis habebant Alexandrini, quam legerent. Theon nobilis Mathematicus Alexandrinus, & de Euclide bene meritus; sed qui filiam ingenio, variarumque rerum cognitione patre & magistro longe præstantiorem habuit. De Hypatia loquimur, quæ *ἐπὶ τοσούτον προύβη*

παιδείας, ὡς ὑπερακοντίσαι τὰς καὶ αὐτὴν Φιλοσόφους i. ad tantam eruditionem pervenerat, ut omnes suite temporis philosophos longo intervallo superaret. Præterquam enim quod *Philosophiam Platoniceam* Alexandria docuerit, eruditionis suæ in scientiis Mathematicis specimina nobis reliquit prorsus egregia. Synesius in suis ad eam Epistolis nunc scribit,

*Socrat. H. E.
L. VII. c. 15.*

ὑπατία τῇ Φιλοσόφῳ, nunc ἀπλῶς τῇ Φιλοσόφῳ. Ejus in Diophantum supra nobis nominatum habemus

D 3 mus

mus commentarium. * Epigramma de hac Philosopha Græcum, quod in Anthologia exstat, est elegans:

Ὅταν βλέπω σε, προσκυνῶ, καὶ
τὰς λόγους

τῆς παρθένου, τὸν οἶκον ἀστρῶν
βλέπων

Ἐἰς οὐρανὸν γὰρ ἐστὶ σοῦ τὰ πράγ-
ματα

Ἰπατία σεμνὴ, τῶν λόγων εὐμορ-
φία,

Ἄχραντον ἄστρον τῆς σοφῆς παι-
δεύσεως.

Quod Hugo Grotius sic vertit:

*Colat necesse est literas, te qui videt,
Et virginelem spectat astrigeram do-
mum*

*Negotium namque omne cum calo tibi,
Hypatia prudens, dulce sermonis decus,
Sapientis artis sidus integerrimum.*

Effet

* Sed audiamus Gv. Xylandrūm Epist. Nuncupat. ad Ludov. Principem Comitem Wirtemberg. præfixa Diophanto: Non sum, ait, nescius Hypatiam philosophā Alex. in Diophantum esse commentatam; sed profecto si ea tanta fuit quanta Svidas & alii perhibent, istæ annotationes eam auctore non agnoscunt.

Effet hic campus dicendi de feminis Alexandrinis, Philosophis, Poëtriis, Historicis &c. sed ne a scopo aberrare videamur, lectori commendamus Ægidii Menagii *Historiam mulierum Philosopharum* ad Annam Fabiam Daceriam. Ab *Achille Tatio Alex.* habemus de terricolis ex umbrarum differentia cognominatis, *Asciis, Antisciis, Brachysciis, & Macrosciis* satis egregia. *Proclum, Lycium*, præter alias artes, etiam disciplinas mathematicas didicisse, præeunte *Herone Alexandrino* illius scientiæ peritissimo, testatur *Marius Neapolitanus*. *Industriæ Alexandrinorum* in excogitandis machinis exemplum in bello Alexandrino edidit *Ganymedes*, & plurius explicat *Hirtius*. De *Ctesibii Alexandrini machinis hydraulicis, horologiorum* ex aqua comparationibus, aquarum expressionibus *οὐρομέτρως* &c. nunc diceremus, nisi alio tempore majore forsan cum cura id a nobis effici posse speraremus.

*vid. ejus I-
sagog. ad A-
rat. Pheno-
mena c. 31.*

Vita Procli

*cf. Vitruv.
Poll. de Ar-
chitect. L. 9.
c. 9.*

Lappi nulla mentis.

§. XI.

ALEXANDRINI NATURA SOLI, AD
MATHEMATICA EXCOLENDAM
NATI.

Ex Aristotele antea audivimus, ar-
 tes mathematicas primum in Æ-
 gypto cœpisse; causam addit, quod
 Sacerdotibus ibi otio frui conces-
 sum fuerit, *ἐκεῖ γὰρ, inquit, ἡ Οὐ-
 δη σχολάζειν τὸ τῶν ἱερέων ἔστι*.
 Conringio autem non placet, mos
 ille, doctrinam quamvis sublimio-
 ram sacerdotum liberis tradendi;
 cum quo nunc quidem in arenam
 non descendimus: quum tamen
 omnes Ægyptii in *militēs, sacerdo-
 tes & plebem* divisi fuerint, non vi-
 demus, quibus artium divinarum,
 humanarumque cura potius com-
 mendaretur, quam sacerdotibus eo-
 rumque posteris. Præterea constat
Enterp. 38. ex Herodoto, quemadmodum cæ-
 lum eorum, diversam ab aliis na-
 turam ostendit, sic ipsos pleraque
 omnia a ceteris hominibus diversa
 constituisse; sed ad alia propera-
 mus. Alexandrinos nostros ad stu-
 dia mathematica non potuit non
 allicere regionum illarum benigni-
 or tractus

or tractus, patentibus late campis,
 ac noctibus, serenitate perpetua,
 siderum contemplationi aptissimis.
 Eadē est fere Alexandrinis soli natu-
 ra, ac Ægyptiis reliquis, quos in cam-
 porum patentium æquoribus habitantes,
 cum ex terra nihil emerneret, quod
 contemplationi cæli officere posset, omni-
 um curam in siderum cognitione posuisse
 testis est M. T. Cicero. De nostra
 urbe Cæli Rhodiginus: *Alexandria*
ac tractu propinquo, loca sunt adeo le-
titis superstructa diversoriis & auris, ac
salutari perfratilia temperamento, ut ex-
tra orbem versari nostrum sibi videat-
tur, qui in illis agat, quum per sepe
vel aprico spiritu immurmurantes senti-
antur perfratibus. Præterquam autem
 quod summa soli planities, cælique
 serenitas contemplandis sideribus
 fuit peridonea, erat etiam Alexan-
 dria petris in sublime fastigium
 crescentibus imposita, unde facilius
 erat in omnes partes oculorum a-
 ciem extendere. Neque parum ad-
 rem erat, aquis undique cinctam fu-
 isse urbem.

L. I. de Di-
 ornat.

Lect. Antiq.
 I. XVI, c. 3.

§. XII.

SCHOLA ALEXANDRINORUM EC-
CLESIASTICA.

De Schola *sacrarum literarum* apud Alexandrinos dicturis, iterum nobis, quamquam invitis, res erit cum Conringio. In *Antiq. enim Acad. Diss. I.^{ma} p. 25.* fatetur Scholam ibi fuisse Ecclesiasticam, & quidem illo ævo nusquam terrarum aliam illi similem: *sequenti vero s. p. 26.* conjicit eam non magni fuisse momenti; quæ non videntur cohærere. St. Marcum Evangelistam istius scholæ auctorem fuisse, communis est eruditorum consensus. Eusebius Pamphilus de ejus itinere in Ægyptum loquitur, & cum ἐκκλησίας τε πρῶτον ἐπ' αὐτῆς Ἀλεξανδρείας συστήσασθαι *i. primum in ipsa urbe Alexandria Ecclesias constituisse* asserit. Apud eundem legimus de *Panteno*, qui ἀπὸ Φιλοσόφου ἀγωγῆς τῶν καλεσμένων στωικῶν ὁρμώμενος, *præceptis institutisque stoicæ philosophiæ primum innutritus.* ἐπὶ πολλοῖς κατορθώμασι, τῶν κατ' Ἀλεξάν-

Hist. Eccl.
L. II, c. 16.

Αλεξάνδρειαν τελευτών ἡγεῖται διδα-
 σκαλεῖς *post multa præclare gesta tan-* L.V.c.X.
dem Alexandrina præfuit scholæ. Me-
 minit etiam Clementis, qui ταῖς Θεό- c. XI.
 αῖς γραφαῖς συνασκέμενος, ἐπ' Ἀ-
 λεξάνδρειας ἐγνωρίζετο. *Iisdem cum*
Pantano studiis divinarum scriptu-
rarum Alexandria floruit. Clemen- L.VI.c.3.
 ti succedens Origenes Adamantius
 ἔτος ἦγεν ὀκτώκαιδέκατον, καθ' ὃ τῆ
 τῆς κατήχησεως προέστη διδασκαλεῖς.
annum ætatis octavum decimum egit,
tunc cum catechumenis instituendis præ-
fectus est. A Demetrio Episcopo
 Alexandrino excommunicatus ab
 urbe discessit; sed ab eodem ite-
 rum vocatus, rediit. De hujus Te-
 traplis, Hexaplis & Octaplis multa
 habent scriptores. In locum Ori-
 genis suffectum fuisse *Dionysium* con-
 jicit Conringius, eo quod *hic* fuerat *Antiq. A-*
 illius discipulus, quod quidem non *cad. Diss. I.*
 negamus; interim tamen prodit *p. 25.*
 diserte Eusebius, Origenem Alexan- c. XXVI.
 dria Cæsaream migraturum, succes-
 sorem constituisse *Heraclam* itidem
 discipulum, ἐπὶ λόγοις Φιλοσόφοις c. XXXI.
 καὶ τοῖς ἄλλοις ἐλλήνων μαθήμασι
 εὖ μάλα

apud Euseb.
H. E. L. VI.
c. 31.

L. VII, c. 32

Libro con-
tra Appolli-
narium.

εὖ μάλα διαπρέψαντα in philosophia
aliisq; Græcorum disciplinis excellentem.
De eruditione hujus viri per famam
certior factus Africanus, ipse fate-
tur se Alexandriam profectum esse.
Achilles Presbyter Alexandrinus
ἔθενος ἤτιον σπανιώτατον Φιλοσοφίας
ἔργον καὶ πολιτείας εὐαγγελικῆς τρέ-
πον γνήσιον ἐπιδεδειγμένος. præ ceteris
omnibus, sublimioris philosophiæ &
evangelicæ conversationis sincerum spe-
cimen operibus ipsis exhibuit. Hisce om-
nibus addimus testimoniū Grego-
rii Nysseni ita differentis ἡ μόνης
ἐστὶ κοσμικῆς σοφίας εὐφορος ἢ με-
γάλη τῶν Αλεξανδρέων πόλις, ἀλλὰ
καὶ τῆς ἀληθινῆς τῆς ὀλοσοφίας παρ'
ὑμῖν ἐξ ἀρχῆς βρύουσι αἱ πηγαί.
Ex his præstantissimis viris, quorum
paucos adduximus, omnibus con-
stare arbitramur, Conringium, si-
ne fundamento negasse scholam,
rebus sanctioribus consecratam,
Alexandriæ magna fuisse existima-
tione.

S. XIII.

HISTORICI ET POETÆ PRÆCIPUI.

Historicorum nomen multo esse
recen-

recentius apud Græcos quam illos, quos Barbaros appellare solent, pluribus evincit Ger. Jo. Vossius.

Quid, ait, habuere unquam Græci, quod posset conferri cum annalibus Ægyptiis.

Ex Alexandrinis habemus superstites historicos non paucos, quibus si careremus, multa sane, nunc in aprico posita, nobis essent incognita. Appianus historia bellorum Punicorum, Syriacorum, Parthi-
corum, &c. in hunc usque diem commendabilis, natales suos ipse indicat præfatione circa finem his

verbis. Ἀλεξάνδρου ἐς τὰ πρῶτα ἡκῶν ἐν τῇ πατρίδι, καὶ δίκαις ἐν Ρώμῃ συναγορεύσας ἐπὶ τῶν βασιλέων, μέχρι με σφῶν ἐπιτροπέειν ἠξίωσαν. *Alexandrinus sum honestis-*

simo loco habitus in patria, versatusq. Romæ in agendis causis apud Augustorum tribunalia, donec me inter suos Procuratores optaverunt. Plagii ac-

cusatur ab eruditis, imprimis Barnab. Briffonio, qui eum plurima libri παρρηκῶν ex Plutarcho de Crasso transtulisse ad verbum ait, seque

primum illiberale illud furtum detexisse

De Histor. Græcis L. I. c. 1.

*Do Formis-
tis & Diris
L. I. p. 109.*

IV. priorib.
secul. pag.
m. 166.

texisse gloriatur; sed quæ tanti non esse, ut propterea reprehendatur acerbius, & scriptorem esse utilem præsertim post deperditos non paucos, judicat Jo. Henr. Boeclerus. *Appollonium Argonauticorum* Libb. IV. auctorem eundem esse ac *Dyscolum*, *Eratothenis* in præfectura Bibliothecæ Alex. successorem adeoque *Alexandrinum*, non tantum ex temporum collatione evincitur, sed & ex Anonymo in vita illius: quamquam Jer. Hælzlinius in prolegom. ad suam *Appollonii* editionem Lug. Bat. 1641. aliter sentiat. *Herodiani* (*Alexandrini*, ut constat ex *Suida*) „dictio est clara atque perspicua, „quin & jucunda; vocibus utitur „temperatis, neque supra modum „Atticis, quibus nativa illa commu- „nis sermonis gratia quodammodo „violatur. -- -- Adhæc nec super- „vacaneis tumet, neque necessa- „rium quod omittit; verbo, omni- „bus historiæ virtutibus, paucis sane cedit: quod legitur in *excerptis Phorii*. Hujus extant *Historiarum* Libb. VIII. ab Aur. Antonini philo-
sophi

sophi excessu ad Gordianum usque.

Philo Alex. in Philosophia Platonica tantos fecisse progressus dicitur, ut de eo hoc fuerit jactatum encomium,

ἢ Φίλων πλατωνίζει, ἢ πλάτων Φιλωνίζει: Sed superstites libros sub

Philonis nomine Platonicum genium non spirare, Jonsius opinatur,

Hist. Phil.

L. III. c. 4.

quem lectoris, in Philonis scriptis versati judicio submittimus. De

Poëtis quid loquamur: Exstiterunt ibi celebres *Callimachus & Aristophanes*,

qui patria quamquam *Alexandri*ni non fuerint, hic utpote *Naucratia*

oriundus, ille *Cyrenæus*; habuerunt tamen, per quod suos in

literis progressus *Alexandriæ* acceptos ferrent. *Claudianum Alexandrinum*

tanti fecit antiquitas, ut in uno eo, & *Virgilii* mentem, & *Homeri*

musam fuisse crediderit. Poëtarum ocellum, & sequentis ævi

vatum velut patrem, *Caspar Barthius* salutatur: quippe qui omnes a

Virgilii usque ætate poëtas carminis felicitate quam longissime

superavit.

S. XIV.

COMMERCIA ALEXANDRINORUM.

Circa tempora Augusti, navigationis, mercaturæ causa, palma erat penes Alexandrinos, quam ob causam toties fit mentio *classis*, & *navis Alexandrinae*. Benjamin in Itinerario, latine reddito opera Const.

„L'Empereur: ex Christianorū imperio Alexandriam veniunt (commerciorū gratia) e regionibus Valentia, Toscana, Longobardia, Apulia, Malchi, Sicilia, Cracovia &c. Huic classi ea erat prærogativa, ut, cum ceteræ naves, appulsæ ad Capreas, & minervæ promontorium *velo* juberentur esse contentæ, illa sola portum intraret cum *supparo*.*

merces autem Alexandrinæ erant aromata omnis generis; tela, libri, papyrus, chartæ, vitra multifariam formata,

*Cfr. Casan.
bō. ad Svet.
Aug. c. 98.*

* *Supparum* puellare vestimentum linteum. Festus. *Velum summo malo appensum. i. e. minusculum velum, & quod in venti faventia nautæ solent extendere. Lucanus optime.*

Summaque tendens.

Suppara, velorum perituras colligit auras.
Lips. ad Senecæ Epist. 77.

formata, lina, stuppæ, sindones, polymita, vestes Babylonicae, Ægyptiaca mancipia venusta, atque alia παντοία. Sed cum Suecis etiam nostris commercia fuisse Alexandrinis, ostendere allaborat Joh. Jac. Birchrodus in tractatu, qui vocatur *Arctos Alexandria* s. de Prisco septentrionalium in urbe illa mercatu: ad quam suam thesin probandam adducit locum ex Judæo, cui nomen est *Benjamin*, filius *Jonæ Tudelensis*, qui e regione, a qua oriundus, Navarena profectus, tres mundi plagas Europam, Asiam & Africam peragraverat; in hujus itinerario circa finem hæc leguntur verba.

Hafn. 1685.

4^{to}.

והיא ארץ סחורה רוכלת לכל העמים
ומכל מלכות אדום באים שם אל
אלכסנדריאה מארץ - - - ושושנאה

i. Regio hæc commerciis frequentata, omnium populorum est negotiatrix: & e toto imperio Edom Alexandriam adventant, e regionibus - - - Suecia. Ita vertit שושנאה Birchrodus, eamque locutionem pluribus defendit in citata dissertatione. Nobis non

E

permit-

permittitur nunc ire per singula,
& neque Birchrodo assentimur pla-
ne, neque ei refragamur.

Postularet forsan a nobis ami-
cus Lector, ne sicco pede præter-
iremus ea, quæ ad urbis *Alexandriæ*,
qualis est hisce temporibus illustra-
tionem pertinere possent; Sed præ-
terquam quod inopia eorum labo-
remus, qui de statu ejus hodierno
nobis aliquid reliquerunt; crede-
remus sufficere, a nobis dictum, in
urbe quæ domicilium quondam fuit
omnis doctrinæ atque eruditionis,
sedem nunc esse barbariei: nunc
penitus

Leo Africanus.
Lud. Marmolus
Thevenotius.
Momonius
Cosmographi et
Geographi seu
omnes Arentio.
Rob. Huntington.
Epistola

- - *Ruit alto a culmine Troja.*
Quamquam non diffiteamur, de-
scriptiones hujus urbis, a Seculi
superioris Viris Clarissimis, qui
oculati fuere testes, editas esse:
Quos inter Anglus quidam, cui
nomen *Sandy* in primis numeran-
dus; qui in suo Diario, de pla-
teis, palatiis regiis, portibus &c.
in hac urbe habet, lectu non in-
jucunda. Liber hic non ubivis est
obvius:

obvius: cum nobis autem comūnicatus ex bibliotheca illustri Bielskiana Salstadenſi. Etiam ex Gallis nonnulli hoc in negotio conſuli poſſunt. Nos cogimur ſilum abruptere, quemadmodum & multa a nobis eſſe omiſſa ipſi fatemur; ſed quæ omnia in aliud tempus differimus, plenius de urbe hac, in poſterum ſi DEO placuerit, dicturi.

Explicit.



Ingenio , moribus ac doctrinâ

Præclaro Juveni

DOMINO

HENRICO ERICI BENZELIO,

MONUMENTORUM

ALEXANDRIÆ URBIS

Strenuo vindici ,

ODE

VExilla claro fulgida vertice
Phœbea surgunt , alite candido ;
Famamque Alexandria avitam ,
Surgere conspicis è favillis.

Nam armata sanctis atria Patribus
Tropæum IESU lumine fulgurant ;
Canis superbum olim Dynastis ,
Aonidum rutilat Lyceum.

Hinc sanctiori stemmate vividi
Tetrapla cantas Origenis sacra ;
Dictata Clementis coruscant ,
Altifono ingeminante Nilo.

Numquid

Numquid sacrorum particulas dedit
Graja infulati dextera Principis
Primum Phari, inlato parente
Stare Parætoniæ decores ?

Mi lætum amici robur amabilis,
Fervore pleni pectoris igneo,
Tu, vera, BENZELI, recludis
E proprio rediviva busto.

Ars namque sedes incolit intimas
Sororquè virtus: hæc tibi linea
Mentem trahit primis ab annis;
Omina habes reditura stirpis.

I, scande passu nobilis aureo
Optata magni mœnia nunc Phari,
Altasquè libratus per auras
I Libyco rubicundus ostro.

*Amica mente manuquè
deproperata à*

FOLCHERT MORIN.

QUEM
*Morum suavitas & ardua virtus
condecorant,*
Dn. HENRICO BENZELIO,
Amico suo æstumatissimo,
Cum
Specimen ingenii doctrinæque insignis
De
ALEXANDRIA ÆGYPTI
Publicæ exhiberet luci,

Qualis Alexandria fuit celeberrima priscais,
Cernitur hic iusto picta colore suo,
Magna sui, fuerant celebres quot, lumina sæcli,
Hac nati patria multijuga arte viri,
Tot videas tanquam post ultima fata reverbos,
Ut simul agnoscant nomina, scripta sua.
Splendida, quæ perijt doctis spoliata libellis,
Stat rursus cultu Bibliotheca novo,
Mœnia, templa, scholæ reparantur. Versio Græca
Antiqua asseritur, quæ genuina fiet.
Quæ nunc sunt nusquam, commercia, forte fuere,
Cum nostris florent gentibus atque solo.
Sic renovas veteris laudes feliciter urbis,
Quoque stetit celebris, reddis, amice, decus.
Hinc, si quæ superest pars inter rudera parva,
Læta suis plaudet laudibus atque tuis;
Illius interea quæ suscipit Upsala causam,
Grata canet laudes tempora longa tuas.

hiscæ gratulari voluit, debuit

LAURENTIUS ARNELL.

* * * * *

www.books2ebooks.eu